

SECTIO VI.

DE COMPOSITIS ME-
DICAMENTIS IN
officinis usitatis.

1. Possuntne omnes morbi simplicibus reme-
diis curari?

NON omnes morbi simplicibus re-
mediis curari possunt: Ut enim
morborum, ita & medicamentorum
duplex genus statuitur, simplex unum,
compositum alterum: & simplices qui-
dem morbi, simplicibus, vel uno pluribus
que eiusdem facultatis remedii curam-
tur, compositi vero composita requirunt
pharmacæ,

2. Composita medicamenta quibus in formis ex-
hibenda? & quæ sunt formarum genera?

Compositorum remediorum genera
alia intra corpus assumuntur, alia extra
corpus forisque applicantur. Formarum
autem quas composita medicamenta reci-
piunt, varia sunt genera, & magni refert,
qua forma quodvis medicamentum ad-
ministretur. Alios enim aliae formæ déle-
ctant: & aliæ formæ ad partes affectas, aliæ
ad morborum naturas accommodatores
sunt: & in aliis formis alia medicamenta
sunt magis minusque efficacia. Visitatio-

730 FRAN. IOELIS
res autem remediiorum hoc tempore for-
mæ, quæ in officinis extant, & quæ à Me-
dicis præscribuntur, in sequenti tabella
comprehenduntur.

	Pulveres mixti seu species
	Rotulæ
	Eleætuaria
	Pilulæ
	Trochisci
	Decoctæ
Intra corpus sumen- dorum	Syrupi
	Loch
	Conservæ
	Tragemata
	Collyria
Formæ re- mediorū composi- torum	Errhina
	Gargatismata
	Glysteria
	Pessi
	Glandes
Extra cor- pus ap- plicando- rum	Epithemata
	Olea
	Linimenta
	Voguenta
	Cataplasmata
	Emplasmata
	Cerota
	Sacculi
	Horum

Horum remediorum omnium confi-
ciendorum ratione partim ex libris Me-
dicatoriis, quos in officinis Dispensatoria
vocant, partim ex curandorum morborum
methodo addiscere possumus.

3. Pulveres compositi sive species usitatores
que sunt?

Species hodie Medicis vocantur omnes
pulveres compositi & inter se commixti.
Extant autem in mytopoliis, sp. Aroma-
tici rosati, sp. Diacymini, sp. Diacala-
minthes, sp. Diatiron piperion, sp. Dia-
galangæ, sp. Diambræ, sp. Electuarii de
Geminis, sp. Diamargariti frigidi, sp.
Diamoschi dulcis, sp. Læticia Galeni,
sp. Diathodon abbatis, sp. Diapenidii,
sp. Diacurcumæ, sp. Dialaccæ, sp. pliis
arcoticon, sp. Lithontribon, sp. Diamar-
ton, sp. pro Epithemate cordis, sp. pro
epithemate Epatis, Pulvis ad præcipita-
tos, pulvis lumbricorum, pulvis contra
pestem.

4. Rotularum seu tabellarum que
sunt genera?

Rotulæ seu tabellæ conficiuntur ex spe-
ciebus seu pulveribus mixtis, & saccato
in aliquo liquore resoluto, & rursus ad li-
quoris absumptionem cocto. Et tot Ro-
tularum genera, quot & specierum : Et
medici hoc modo distinguunt à specie-
bus, quod addant vocabulum Rotulæ, ut

R. Aromatici rosati in rotulis. Vbi vero pulveribus uti volunt, præscribunt,
R. sp. Aromatici rosati.

s. Quæ Electuaria usitata prostant in
Myropolis?

Electuaria dicuntur omnia medicamenta composita, quæ habent formam crassioris mellis. Conficiuntur autem ex variis speciebus ac pulveribus melle defecato, aut saccaro liquefacto mixtis. Ele-
ctuariorum autem alia sunt *antidota*, quæ veneno adversantur, alia narcotica sive opiate, quæ somnum conciliant & dolores mitigant; alia laxativa, quæ humores vitiosos è corpore pellunt: alia quæ robusti corpori inferunt, quæ electuaria confortativa dicuntur.

Antidota sive Electuaria veneno adversantia usitatoria sunt,

Theriaca Andromachi

Theriaca Djateffaron

Mithridatii Antidotum

Autea Alexandrina

Ele^t. Liberantis

Ele^t. de baccis lauri

Diacastoreum.

Narcotica sive Opiata somniferaque usitatoria sunt,

Philonium maius

Requies Nicolai

Triphera magna.

Ele.

Electuaria Laxativa usitatoria sunt

Diacatholicon

Confectio hamech

Elect. de succo rosarum

Elect. Indum maius

Benedicta laxativa

Diacarthamum

Diaturbith

Diaprunum simplex

Diasena

Electuarium

Hiera picra Galeni.

Electuaria confortantia usitatoria sunt

Diasatyrion

Acorus conditus sive diacorum.

Diacytonitum & omnes fructus
& radices conditæ & conservarū genera-

6. Quæ pilula usitatores prestant in

Myropoliis?

Pilulæ sive catapotia conficiantur ex pulveribus simplicium rerum, qui interventu Aloës & alicuius liquoris contundendo formantur in massam duriusculā, ex qua tandem, ubi usus postulat, certum pondus reformatur in exiguos globulos, ad deglutiendum idoneos, qui pilulæ dicuntur. Utimur autem pilulis, ut electuariis laxativis, ut plurimum ad evacuandos humores vitiosos. Sunt autem pilulæ usitatores.

Alephan ginæ	De fumo ter- ræ
Assajereth	Sine quibus
De agarico	Stomachicæ
Pi- lulæ	Aureæ
	Aggregativæ
	Pi- lulæ
Arabicæ	Lucis maiores
Mastichinæ	De Rhabaiba- ro
Cochiæ	De Eupatoria
Fœtidæ	De Hermo- dastylis
	De lapide La- suli
	Arthriticæ

7. *Quisunt Trochisci usitatores?*

Trochisci sive pastilli veluti pillula-
rum massæ ex pulverbis cum aliquo li-
quore contusis conficiuntur, & exsiccantur,
quibus forma additur rotunda &
compressa instar exiguarum rotularum,
nec eis ut pilolis Aloë admiscetur : Eo-
rum usus per se est rarissimus, sed ut plu-
ritimum aliis compositis remediis ad-
miseretur. Sunt vero usitatores Tro-
chisci.

Tro-

De Absynthio	De violis
De Rharbar- baro	De Eupatoria
De Gallia moschata	De Berberis
Tro- chis.	Tro- chis.
Aliptæ mo- schatae	De cappati- bus
De spedio	Alhandal
De Myrrha	De Alcakengi
Decarabe	De Agarico
De terra sigil- lata	Bechici nigri & albi.
Diatrhodon	

8. Quæ decocta habentur in Myropoliis?

Decocta dicuntur liquores in quibus aliqua simplicia, veluti radices, herbæ, flores, semina, & fructus aut aromata sunt artificialiter incocta. Sed prostat nulla in Myropoliis decocta, propterea quod facile corrumpantur. Sed Medicus ubi necessitas urget, ex tempore prescribit. Communissima autem decocta sunt,

Decoctum commune.

Decoctum florum ac fructuum.

Aqua hordei.

Cremor ptisanæ.

Hydromeli.

9. Quisunt Syrupi usitatores?

Syrupi Arabibus, Græcis οργάνια, for-
mam

mam habent liquidioris mellis. Confi-
ciuntur autem ex decoctis aut succis ex-
pressis & defecatis, ac melle vel saccaro.
Eis utimur ad præparandos vitiosos hu-
mores ante purgationem. Raro autem
solos merosque Sytupos exhibemus, sed
dilutos cum aliquo liquore. Sunt autem
usitatiores syrupi qui in officinis extant

Mel rosarum	tosæ	teria
Oxymel sim de scolopen	Decupatorio	
plex	drio	de Epithymo
Oxymel scyl.	de Strehade	de lupulo
liticum	de Iuiubis	de cichorio
S. acetosus	de capillis	de s. Radici-
simplex	Veneris	bus
Syr. Rosarum	de hyssopo	de Arthemis-
Violarum	de prassio	sia
è pomis	dé papavere	Bysanthinus
de granatis	de Menta	de Endivia
è citreisaci-	de Absynthiode	Nym-
dis	de calamin-	pha
de agrestis	tha	de Cydoneis..
de succo ace-	de fumo	

10. Quæ Loch siue lambilia Electuaria
sunt usitatiora?

Loch Græcis ἡλέγουσα sunt medica-
menta quæ lingendo assumuntur, liqui-
ditate ab Electuariis differunt. Formam
enim liquidi mellis paulo crassiorem
quam

quam syrupi habent. Conficiuntur vero ex decoctis saccaro & pulveribus. Sunt vero usitatoria *εὐλέγυματα*

Loch sanum &	è Scylla
expertum .	Diacodion
è pulmone Vulpis	Diamoron
è pino	Loch nucum seu
è papavere	diacaryon.

11. *Conseruae usitatores que?*

Conseruae sive flores conditi , formam habent electuationorum, & constant ex concisis minutissime recentibus floribus , & saccaro simul commixtis; sunt autem usitatores conservæ

Rosarum	Roris marini
Violarum	Salviæ
Boraginis	Melissæ
Buglossæ	Nymphaeæ. Et cu-
iusvis herbae in usum medicum receptæ.	

Ad conservatum ordinem refertur & fructus radicesque saccaro conditæ , veluti sunt Zinziber conditum , E-nula condita , calamus aromaticus conditus , pyra muscatellina condita , iuglandes conditæ , cidonia condita , nubes moscatæ conditæ , cortices & flores arantiorum conditi , rad. pimpinellæ conditæ .

12. *Tragemata usitatoria qua?*

Tragemata sunt pulveres ex aromatis bus vel speciebus & saccaro commixti ad corroboranda viscera principaliora cerebri, cordis, ventriculi & hepatis compositi: non prostant patati præterquam Tragea Imperatoris ex cinnamomo, zinzibere & saccaro albissimo parata. Vbi autem usus postulat medicus pro arbitrio ea ordinat ac præscribit.

13. *Collyria usitatoria qua sunt?*

Collyria Latinis dicuntur medicamenta ocularia, quæ videlicet oculis induuntur, quorum formæ tres sunt. Alia enim sunt liquida, quæ ex liquoribus sive sucis & simplicium rerum pulvisculis tenuissimis constant. Alia sunt arida ex solidis pulveribus unius aut plurimum. Alia instar unguenti ex pulveribus, oleis aut succo aliquo conficiuntur. Materia aridorum collyriorum ut plurimum Metallicae sive mineralia sunt.

Raro in Myropoliis parata habentur collyria, excepto unguento ex pompholyge, sed pro ocularium affectionum varietate, ut res expostulat, varie præscribuntur à Medicis.

14. *Errhina usitatoria qua sunt?*

Errhina dicuntur medicamenta, quæ nari-

natibus inseruntur quæ & ipsa aut arida sunt, ut pulveres & radices, aut liquida ut succi & decocta. Eorum usus est ad affectionem meatuum ex cerebro ad narēs prodeuntium, ad excitandam sternutationem & pergandum cerebrum per narēs. Errhina ut plurimum ex radice Gentianæ, Betæ, ex Maiorana eiusque succo aut decocto, & betæ succo, pulveribus quorundam simplicium, fiunt.

15. *Gargarismata usitatoria quæ sunt?*

Vt Errhinis per narēs, ita Gargarismata per palatum detrahuntur vitiōsi humores ex cerebro. Vtimur eis & in exultationibus faucium. Conficiuntur autem Gargarismata ex decoctis aut aquis stillaticiis, aut succis herbarum, quibus admiscentur mel rosarum aut Diamoron aut Loch mucum pro varietate affectionum fauciū; non prostant in Officinis, sed à medicis pro varietate morbi extempore præscribuntur.

16. *Clysteria quæ sunt usitatoria?*

Kλυστηρ seu *Eνυπα* Latinis lavamen seu iniectum significat. sed huius temporis Medici & in Germanica lingua retinent appellationem Græcam, & *Clystier* nominant. Vtimur autem clysteribus in ablwendis & abstergendis sordibus ac flatibus, potissimum qui in intestinis continen-

natur, quanquam per consecutionem & ex longinquieribus partibus attrahat vitiros humores. Componuntur clysteria ex decoctis herbarum aut iuscule carniuum aut lacte, cui purgans aliquod medicamentum olea & modicum salis est admixtum. Non extant parata, sed ut necessitas postulat à Mediso prescribuntur.

17. Pessi quid & qui sunt infestationes?

Pessi sunt Medicamenta quæ uteris mulierum induntur instar glandis. Consciuntur autem pessi ex aridis pulveribus, fomentis & liquoribus simul mixtis, & ad iustum duritatem redactis, ac in pollicis figuram conformatis, qui sindone involuti oblongo filo adpenduntur: ac ubi necessitas urget, osculo matricis induntur. Veimur eis ut plurimum aut ad provocationem aut retensionem mensium: aut ad emolliendos matricis tumores, aliaque eiusdem vitia.

18. Glandes infestationes quæ sunt?

Glandes Græci βάλανοι vulgus & officina suppositoria vocat, & sunt medicamenta quæ podici aut ano inseruntur. Consciuntur suppositoria ex melle ad iustum duritatem cocto, cui, antequam indurescat mel, admiscentur pulvis colo-
cyn.

cynthidos aut Hieræ simplicis & salis momentum, & confunduntur in massu-
lam digitæ longitudinem & calami ma-
iusculi crassitatem æquantem. Utimur his in
infantibus & aliis agrotantibus, ubi fa-
ces in intestino vehementius indurue-
rint, & excerni nequeunt, & semper ex-
tant venales in Myropoliis.

19. *Epithemata quæ sunt usitatoria?*

Epithemata medicamenta sunt liqui-
da, aut ex stillaticiis aquis, aut ex suc-
cis, aliisque liquoribus & speciebus si-
mul mixtis composita sunt, quæ aut pan-
no aut duplicatis linteolis excepta, affe-
ctis corporis partibus, fronti videlicet,
temporibus, cordi, hepati, carpo, pedi-
busque impoñuntur & alligantur. Nulla
autem prostant, sed ex tempore præpa-
rantur.

20. *Quæ olea prostant usitatoria?*

Olea chirurgiæ parti artis medicæ de-
dicata sunt. Extra enim corpus manibus
illinnuntur. Oleorum porro alia ex florib-
us & herbis, radicibusq; in oleo olivarū
maceratis, incoctisque parantur: alia ex
fructibus, seminibus, aliisque materiis vi-
gnis eliciuntur. Sunt autem usitatoria
quæ in Myropoliis habentur ola,

Ol.

Ol. Absinthii Mentæ Amygdal. dul-
cium

Anethinum Rutaceū Amyg. amarū
Camæcelinum Nardinū ex baccis Iu-
niperi

Rosarum Mastichi Terebinthi-
" num næ

Violarum Hyperico- Tartari
nis

Ricinum Ex cappare Vitrioli
ex Euphor- Anisi
bio

Liliorum alborū ex piperi- Cinnamo-
bus mi

Irinum Vulpinū è nucibus
muscatis

Sampsuchinum Lumbri- Petroleum
corum

Nymphææ de casto Spicæ
reο

Cytoniorum Scorpio- Carvi
num

Myrtinum Laurinū Cymini &c.
21. Qualimenta que & unguenta
prostant usitatoria?

Linimenta & unguenta sola duritie ac
mollitie inter se differunt, utraque enim
componantur ex oleis, cera aut resinis &
pulveribus. Vnguenta paulo crassiora
sunt. Plus enim ceræ recipiunt, Lini-
menta vero molliora. Linimenta nulla
ha-

habentur in officinis parata, sed ex tempore conficiuntur. Vnguentum autem usitatora sunt

Vng.	Arreagon	Vng.	Diapopholygos
	Agrippæ		Pectorale .
	Marciatum		ad Scabiem
	de Althæa		Apostolorum
	Populeum		Refrig. Galeni
	Aureum		Pediculorum
	Ægyptiacum		Rubeum potabile.
	de Cerussa		

22. Quæ cataplasma uisitata prostant?

Cataplasma dicuntur quæ ex herbis, floribus, seminibus, farinis, aliarumque rerum pulveribus simul commixtis cum liquoribus & oleis ad pultis formam sunt cocta, quæ instar Emplastri per panum aut duplicita linteola extensa affecto loco applicantur. Nulla cataplasma extant, sed ex tempore parantur.

23. Quæ Emplastrum & cerota habentur in Myropoliis?

Emplastrorum ac cerotorum materia est oleum, cera, gummata, & pulveres mineralium, metallorum, aliarumque rerum, quibus utimur in tumoribus, inflammationibus, vulneribusque partium. Sunt autem usitati ora;

Empl.

744 FRAN. IOELIS
Emplast. Diaehylon

De Meliloto

Oxycroceum

Gratia Dei

Apostolicum

Contra rupturam.

de baccis lauri

de crusta panis

de lapide calaminari

Album coctum

Viride.

Cerota plus quam Emplastra ceræ re-
cipiunt. usitatiōra sunt

Refrigerans Galeni

Stomachicum

Sandalinum.

24. *Sacculi qui usitatiōres?*

Nulli sacculi prostant in Myropoliis
parati, sed ex arbitrio Medici ex tempore
parantur. Utimur autem sacculis in ca-
pitis doloribus, in cordis affectionibus,
in ventris tumoribus ac doloribus, in
sphincterum prolapsu. Conficiuntur au-
tem sacculi ex herbis, floribus, radici-
bus, seminibus inter se mixtis, & minu-
tim concisis, atque in sacculum lineum
confutis.

SE-